BIBLIOTECA NAZ.le
111
D
44
NAPOLI

111
G
11

Digitized by Google

Digitized by Google

83
g
27

Digitized by Google

VTRIVSQVE LEONIDAE

C A R M I N A

C V M

ARGVMENTIS, VARIETATE LECTIONIS, SCHOLIIS, ET COMMENTARIO

EDIDIT

ET INDICE ORNAVIT

ALBERTVS CHRISTIANVS MEINEKE,

APVD SVSATENSES RECTOR.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

M D C C X C I.

Digitized by Google

Meleager I, v. 15.

ἐν δὲ Λεωνίδεω θαλεροὺς κισσοῖο
κορύμβους.

VIRO

SVMME VENERABILI

FRIDERICO GEDIKE

S.

ALBERTVS CHRISTIANVS MEINEKE.

Digitized by Google

Digitized by Google

SVMME VIR, et ſumma laudum DIGNISSIME pompa,

Pieridumque Decus!

Ad TE, parce, precor, mea Muſa per aëra curſu

Praepete tranſuolitat,

 Dona-

Donatura TIBI Graecorum candida florum
Nomine ſerta meo.
Quae ſi parua TVO, DOCTISSIME! forte probentur
Munere iudicio:
Magnus ero, largaeque fruens hoc laudis honore
Clarus vbique ferar.

PRAEFATIO.

Pauca sunt, L. B. de quibus in fronte huius libelli tecum communicare velim. Consilium in edendis his poematiis duplex fuit. Primo operam dedi, vt omnia fere, quae ad interpretationem Leonideae Musae facere videbantur, et per multos alios libros dispersa, a Viris Doctt. notata erant, diligenter colligerem, et huc conquisita proponerem; in eius quidem vsum, qui forte aliquando operam suam Anthologiae Graecae nauare velit. Deinde propositum fuit, vt iuuenibus, si quis eorum hoc

poematum genus cognoſcere velit, editio vnius et alterius poetae talis ad manus ſit, qua difficiliora expoſita reperiat. Quae autem qua ratione egerim, vide. Textum graecum omnino fere exhibui eum, quem Brunck. V. S. critica, quam callet, arte nobis dedit, his tamen lectionibus receptis, quas idem Vir ſummus aliis in locis, aut in notis vt meliores propoſuit et ſuaſit. Deinde ſingulis poematiis breuia argumenta praemiſi. Notarum autem, praeter ſcholia, duo genera ſunt. Alterum earum, quibus ſententiarum ſenſus exponitur, verba non vulgaria diligentius explicantur, loca aliorum poetarum conferuntur, et cuncta continentur, quae aliorum VV. DD. cura in centum fere libris, vt diſiecta membra latitabant. Contuli nempe multorum librorum copiam, quam mihi, cum in confiniis Goettingae antea degerem, ſumma et ſingularis liberalitas *Heynii*, quem vſque deueneror, humaniſſi-

me

me commisit. Ex quibus vt paucos tantummodo nominem, erant praestantissimi et vtilissimi hi fere: *Anthologiae Graecae* editiones plures. — *Salmasii* Exercitt. Plinn. — *Reiskii* Anthol. Ceph. et particulae, quae *Miscellan. Lips.* T. IX. ab eodem typis expressae sunt. — *Suidas Kusteri.* — *Hesychius Alberti.* — *Heringae* Obseruatt. — *Catal. Codd. MSptt. Biblioth. Vffenbach.* — *Piersoni* Verisimilia. — *Bentley* aduers. Phalar. Epist. — *Antholog. Lat. Burm.* — *Warton* ad *Theocr.* — *Holsten.* ad *Steph. Byzantino* — et alii permulti, praeter eos, quos e mea qualicunque librorum penu sumtos adhibui. Alterum genus notarum exhibet varietatem lectionis, quam non quidem e MSptt. libris, — eorum enim omnino summa penuria est, — sed ex impressis et editis libris et commentariis VV. DD. colligere et afferre studui,

Eſt praeterea haec Leonidae vtriuſque editio ſtudii mei fructus et amoris, quo Anthologiam Graecam complector; et laboris huius certe non exigui praemium non aliud opto, niſi qui aequo humanoque Lectori et Arbitro non plane diſpliceat. Scripſi Suſati, VI. Kalendar. Septembr. MDCCXCI.

PROLVSIO

DE

VITA, FATIS ET POEMATIIS,

QVAE RELIQVA SVNT

LEONIDAE VTRIVSQVE

ET TARENTINI, ET ALEXANDRINI.

Leonidarum nomen in antiquis temporibus et frequentissimum est, et celeberrimum. Sic, vt longe plures alios praetermittam, inuenimus *Leonidam Stoicum, Rhodium*, cuius *Strabo* meminit, p. 655. *Leonidam Byzantinum*, quem ἁλιευτικων scriptorem laudat *Athenaeus*, Lib. VII. 9. *Leonidam Alexandrinum*, de quo deinde pauca dicam, et, vt dixi, alios plures, qui factis scriptisue claruerunt. Inter hos eminet inprimis noster *Leonidas*, quem a patria Tarentinum nominant, breuiorum carminum poeta, cuius reliquiae, in Anthologiis seruatae,

tae, ad nostra tempora venerunt et adhuc restant. De cuius autem vita fatisque, vt post *Reiskium* exponam, vereor, ne superbius facere videar. Ille enim vir, de orbe literario olim tam egregie meritus, de *Leonidae* vita et fatis fere omnia, quae e scriptoribus antiquis erui poterant, attulisse mihi videtur, in Notitia poetarum, ad Anthologiam pertinentium. Illius itaque vnice vestigia sequi, meum erit, vno forte alteroue adiecto, quo careat viri summi doctissima disputatio. [a])

Iam vero tempus, quo natus est *Leonidas Tarentinus*, — erat autem *Tarenti* ex vrbe praestantissima Magnae Graeciae oriundus, et hinc *Tarentinus*, — tempus, inquam, quo natus est, satis accurate definiri nequit, cum deficiant veterum de hac re testimonia. Hoc constat ex ipsius epigrammate XXI. collato *Pausania*, pag. 31. eum floruisse circa Olympiadem CXXVI. ante Chr. Nat. CCLXXVI. Cum enim in

[a]) *Fabricius* in Biblioth. Graeca, vbi Anthologiae scriptores recenset, nihil nisi nomen poetae inseruit, Lib. III. p. 708.

in illo epigrammate victoriam, quam Pyrrhus ab Antigono Gonata, Macedoniae rege, reportasset, et scuta et parmas Gallorum in templo Mineruae Itoniae suspensas celebret; nec hoc epigramma animi, siue lusus causa, sed in opere et tempore ipso condiderit, eodem Pausania l. l. teste, apparet, poetam nostrum hoc fere tempore vixisse.

Vitae eius conditio non omnino optima fuisse videtur. Ex ipsius carminibus enim, e. c. C. XIII. et C. XXX. inter *Leonidae Alexandrini* epigrammata, quod vero procul dubio nostri Tarentini est, constat, poetam pauperem fuisse. [b]) Deinde adeo eum bellum Tarentinum a patrio solo abstraxisse videtur, vt vagus incertusque, vbi degat, exinde fuerit, quod colligo ex ipsius carmine LV. collato carm. C. In quo epigrammate queritur, se sepultum esse, (nam hoc

b) Huc pertinent quoque carmina *Cnaei Lentuli Gaetulici* III. Analect. T. II. p. 166. et *Longini*, I, ibid. p. 200. quae ad imitationem illius carminis, quod XXX. est inter *Leonidae Alexandr.* poematia, facta esse existimo.

hoc carmen sepulchrale sibi ipse composuit, dum in vita esset,) longe ab Italia et Tarento, idque fatum sibi acerbius esse morte ipsa.

Haec de vita fatisque Leonidae. Iam ad scripta eius pergamus, et ingenium poetae videamus. Cum autem de his ante paucos abhinc annos Vir Doctissimus, *Carolus Dauid Ilgen*, nunc apud Numburgenses ad Salam Rector meritissimus, satis egregie exposuit,[c]) veniam a Viro Meritissimo impetrabo, si illius verba hoc loco repetam, cum meliora facile haud attulerim. „Carmina eius, inquit, quod attinet, et vim poeticam, quiuis lector, qui non hebetiore est ingenio, et ab elegantiae sensu prorsus abhorrente, sponte sua videt, eum seriori ac deteriori aeuo, quo omnis paene natiuus et incorruptus pulchri verique sensus euanesceret, floruisse. Antiquioribus enim temporibus poetae plerumque victorias, vel in ludis, vel in bello partas, equos, clypeos, templa, gymnasia ornabant inscriptionibus, rerum dedi-

c) In libello gratulatorio: *Poeseos Leonidae Tarentini Specimen*, Lipsiae, 1785. 8. pagg. 32.

dedicatarum, atque auctoris nomine, sine vlla verborum industria, indicato: sed Leonidae aeuo eo peruentum erat, vt leuibus ac futilibus textorum, pictorum, pastorum, venatorum, piscatorum, et nescio cuius generis hominum instrumentis et vtensilibus exornandis, et epithetorum farragine commendandis, mirifice gauderent. Materia quidem per se non indigna est Musis graecis. Nam quum homines ab antiquissimis inde temporibus, Diis, quorum beneficio pecorum, frugum, aliarumque rerum, quibus vita sustentatur, copia augerentur, quorum ope a naufragii periculo, aliisque rerum discriminibus iberarentur, a morbis etiam conualescerent, omnique felicitatis genere fruerentur, primitiis, decimis, instrumentis et varia supellectile, oblatis ac dedicatis, gratum animum et pietatem soliti essent declarare, his αναϑημασι non minus defuit, nec, si rem ex graecis moribus consideres, deesse debuit, poetarum celebrandi studium, quam sepulchrorum monumentis laudibusque defunctorum. Conf. *Herderum* in zerstreuten Blaettern, Samml. I. p. 109 sqq. Est autem haec materia ita tractanda, vt sensus per tale

monu-

monumentum vel ἀναθημα, vel aliam rem epigrammate ornandam excitati, carmine, quod composueris, vere et sine fuco exponantur, ne quid frigidum enixus videare et languidum: vt pro simplicitate aut magnificentia rei, quam celebraueris, oeconomia carminis nunc simplicior compareat, nunc paululum magnificentior. Neque enim omnes iisdem rebus delectamur, aut eodem modo afficimur rerum adspectu: alius, pusillo animo minutias sectans, leuissimis, ex aliorum certe sententia, rebus, interdum mirum in modum delectatur et detinetur: alius, rebus missis vilioribus, ad altiora tantum adspirans, quas res pulchritudo quaedam, non cuique perspecta, aut dignitas commendat, earum in admirationem non trahitur, sed abripitur. Accedit, quod multum huc faciant regionis ingenium, mores patrii, imperii forma, educatio, institutio. Attamen fieri nunquam poterit, vt, qui rem leuem et omni fere decore et ornatu destitutam contempletur, is vel venustos, vel sublimes capiat sensus, quos carmine explicet: sed semper rei ipsi, quae eum affecit, congrui erunt et accommodati. Quae cum ita sint,

sponte

ſponte ſequitur, viuidum ingenium atque excellens non minus impar eſſe rei viliori canendae, quam praeſtantiori tenue et languidum. Hinc etiam ſemper, quantum fieri poſſet, cauerunt ſibi epigrammatum ſcriptores, quos ingenii ſagacitas et elegantioris doctrinae cultus ſuper verſificatorum vulgus euexerat, ne materiam aggrederentur, ingenio ſuo indignam: quippe qui in ea exornanda et ditanda venam ſuam diuitem ſine laude exhauſturi, operamque perdituri fuiſſent, nec tamen eo peruenturi, vt non fucum, ſed verum colorem induxiſſe exiſtimarentur. Luculentiſſimum exemplum praebet *Martialis*, acutus ille et elegantiſſimus epigrammatum conditor, qui de leuibus ac languidis argumentis, ingenio ſuo viuido et acri minime accommodatis, ita conqueritur: d)

Viuida quum poſcas epigrammata, mortua ponis
lemmata: qui fieri, Caeciliane, poteſt?
Mella iubes Hyblaea tibi, vel Hymettia naſci,
Et thyma Cecropiae Corſica ponis api.

Cuiuſ-

d) *Martial.* L. XI. 43. Cf. *Leſſings* vermiſchte Schriften, T. I. p. 217 ſqq.

Cuiusmodi rebus leuibus ac tritis, quum et *Leonidae* Musa se exercuerit, easque vel vilissimas arripuerit, non mirum est, cultissimum et viuidissimum ingenium, quo viguisse poetam praeclara aliquot carmina docent, interdum luxuriasse, viresque suas alieno loco intendisse. Quo etiam factum est, vt fabrorum lignariorum, piscatorum, pastorum, venatorum instrumenta non simpliciter nominaret: quod si fecisset, fuissent vtique epigrammata ex prima vocis origine; [c]) sed duce corrupto illius saeculi genio, verbis arte quaesitis pompaque inani exornare atque extollere studeret. Hinc ista epithetorum congeries et moles, qua ipsas res non tam obruit, quam demersit, quae igitur taedium lectori creare possit. Vid. C. IV. IX. XI. XIII. XIV. etc. Quam longe recedunt haec ab aurea illa simplicitate natiuaque elegantia, quam in antiquiorum epigrammatis, tanquam maximum eorum ornatum summumque splendorem lauda-

c) *Lessings* vermischte Schriften, T. I. p. 95 sqq. *Eschenburgs* Theorie der schönen Wissenschaften p. 103 sqq.

laudamus, imo admiramur: qui si desideretur, nihil praeterea habeat tale breuius carmen, quo se magnopere commendet.[f]) Noster tamen, vt, quae deesset rebus dignitas et elegantia, eam vocibus, ingenii ebullientis ope fusis, compararet, non modo in epithetis coaceruandis sibi mire placuit, imo etiam in monstrosa vocabulorum compositione, vt in πανεπορφυιος, χειμαιροδυτη, φιλευλειχος, alia. — Quam altisonas facit bonas istas femellas, c. VIII. et decrepitum senem, c. XII! Quam frigidum carmen XCI. sepulchrale in piscatorem senem! Sunt quoque tamen multa Nostri carmina, in quibus easdem fere illas antiquas Veneres spirare dixeris, quae apud Simonidem et alios illius aetatis animum vel capiunt vel rapiunt, e quibus adeo, quam cultissimo, et quam pulchri sensu subacto fuerit poeta ingenio, facile agnoscas. Vid. Carmina XXXVII. XLI. XLIX. L. alia; in quibus tanta elucet venustas, tantus regnat lepos, vt alii poetae ea imitari non dubi-

b 2 tauè-

f) *Sulzers* Theorie der schönen Künste T. IV. p. 330. nou. ed.

tauerint. Profecto, ſemper, vbi in argumentum incidit *Leonidas*, natiua venuſtate, natiuo colore ſe commendans, eum a verbis videmus ſtudio et arte quaeſitis abſtinere, epithetorumque fuco, et oratione, libere et ſuauiter fluente, verum colorem exhibere. Occurrunt dedicatoria, in quibus adhibuit quidem multa epitheta, ſed quae ita comparata ſunt, vt ſine elegantiae iactura abeſſe non poſſint. Quale eſt facetum illud c. X. vbi inter *Poſocharis* Cynici philoſophi ſpolia enumerantur

ολπη τε ϱυποεσσα, πολυτρητοιο τε πηρας
λειψανον, αρχαιης πληθομενον σοφιης.

Cf. c. XI. Interdum in acumen deſinit, quo facultatem poeticam prodit haud contemnendam, vt C. XCVII, quod in tumulum *Hipponactis*, ſatyrarum ſcriptoris, compoſuit. Promiſſa enim ab eius allatratu ſecuritate, falſe addit:

αλλα προμηθησασθε· τα γαρ πεπυρωμενα κεινου
ϱηματα πημαινειν οιδε και ειν Αϊδη.

Sic etiam in venuſtiſſimo carmine XXXVII. in ſtatuam *Anacreontis*, quae in arce Athenienſium collocata erat, enarrato laſciuo *Anacreontis*

tis habitu, vestibus ad pedes demissis, pede altero discalceato, et aliis, quae ebrium arguant, iocose claudit:

αλλα, Πατερ, Διονυσε, φυλασσε μιν· ου γαρ εοικεν
εκ Βακχου πιπτειν Βακχιακον θεραπα.

Passim etiam moralia admiscet, vt carm. XVI. et LV. — Ex his omnibus intelligitur, Leonidae hoc inprimis dari crimini posse, quod, cum tam praeclaro fuerit ingenio, et ad magnificentiora argumenta quam maxime idoneo, leuia tamen et futilia aggressus sit tractanda. Pro summo enim ingenii vigore, quum semper voluerit adsurgere et in altum eniti, etiam tum, quum in humillima repebat materia et pastoris peram aut pedum celebrabat, factum est, vt frigeret. Nam quo ornatius et magnificentius argumentum est, quod tractat, eo rotundius et elegantius carmen fluit, ita, vt cognita antea argumenti conditione, carminis, vel nondum lecti, virtutes facile coniectura assequi et quasi praesagire possis." Haec ille et pulcre et vere disputauit. Nunc pauca disseremus de *Leonida Alexandrino*.

Leonidas is, de quo nunc dicere ingredior, *Alexandrinus* cognominatur. Erat enim, vt multa eius poematia testantur, Alexandria, Aegypti vrbe, oriundus. Hinc Νειλογενους nomen sibi ipse tribuit.[g]) Hinc Νειλαιη Μουσα Λεωνιδεω.[h]) Romam eum delatum ibi nomen *Iulium* accepisse, verisimile est *Reiskio*. *Iunior* certe dicitur ab aetate, cum nempe multo post *Leonidam Tarentinum* vixit. Floruit autem inprimis Neronis, Othonis et Vespasiani tempore.[i]) Neronis gratia maxime ornatus est, quippe a quo dicit accepisse, vnde vitam sustentaret;

— — — — *ουκ αν εσωθην,*
ει μη μοι Καισαρ χαλκον εδωκε Νερων.[l])

et posthac eum non inter egenos numerandum censeo, cum, cui ab huiusce temporis principibus numi dabantur, is sane non obolos, imo HS. millia sibi acquirere poterat. Forte noster etiam in cohorte amicorum Neronis fuit. Saltem multa carmina satis indicant, eum gratia Nero-

g) C. VIII. h) C. XVII.
i) C. VIII. X. XVIII. l) C. XXIII.

Neronis ipſius et Poppaeae et Agrippinae va- luiſſe, quibus epigrammata mittere ſolebat, et quos omnes non ſine laudibus ſummis et blan- ditiis dulciſſimis adpellabat. Sic ſapientiam Poppaeae extulit; Neronem Iouem nuncupa- vit. [m])

Quod ad vitae genus *Leonidae* attinet, vi- detur primo operam dediſſe aſtrologiae, quod e carm. XXVII. colligo. Γϱαμμας enim ibi ſimpliciter de ſtudio e. c. philoſophico dici, non perſuadeor. Deinde vero cum videret, aſtrolo- giae ſtudio, cum plures eſſent, qui his artificiis operam nauarent, ſe nihil proficere, ad poeſin animum conuertit, et eiuſmodi carmina condi- dit, qualia adhuc habemus.

De quorum valore et pretio vt pauca di- cam, mea ſententia haec eſt: Leonidas noſter non plane obtuſo et hebetiori ingenio fuit. Nam e quibuſdam carminibus elucet acumen ingenii, ex aliis, etiamſi raro, vis poetica, quae, dummodo exculta fuerit, et ad maiores res et praeſtantiorem materiam adplicata, non

con-

m) C. VIII.

contemnenda apparuiſſet. Quis enim neget, carm. V. et VI. e. c. ita eſſe comparata, vt ea laudari mereantur? et quis eſt, qui in illo, C. XXVIII.

> Ουδ᾽ ει μοι γελοωσα καταστορεσειε Γαληνη
> κυματα, και μαλακην Φρικα Φεροι Ζεφυ-
> ρος —

venam poeticam non agnoſcat? At poeta, cum pro ſaeculi ſui more res leues, nullique ornatui aptas, tractaret, hanc poetici ingenii vim oſtendere non potuit. Eadem igitur hic ratio eſt, quae in Leonida Tarentino. Accedebat, quod homo proſodicus carmina ισοψηφα condere, vſque in animo haberet, vnde fiebat, vt non tam ſenſum et dignitatem poeſeos, quam literas vt notas numerales reſpiceret. Hinc igitur, vt quiſque videt, oriri frigus aliquod, obſcuritas et contorta oratio carminibus ineſſe debuit, vt certe multa eius carmina pueriles luſus potius, quam poematia dici poſſint.

LEONI-

LEONIDAE TARENTINI
C A R M I N A.

A

Digitized by Google

Digitized by Google

LEONIDAE TARENTINI

CARMINA.

I.

Melo *et* Satyre, *rei musicae operatrices, artis suae instrumenta Musis dedicant.*

Μηλὼ καὶ Σατύρη τανυήλικες, Ἀντιγενεῖδεω
    παῖδες, ταὶ Μουσέων εὔκολοι ἐργάτιδες·

A 2   Μηλὼ

Varietas lectionis.

C. I. Extat in Miscellan. Lips. T. IX. p. 470. c. 362. et in Commentar. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 217. ed. Lips. Inscriptio Cod. *Λεων εις* Μήλω *και Σατυρην αυλητριδας.* Leoni igitur tribuit is, a quo profecta est haec inscriptio. Sed *Leonidae* aperte adsignat *Leo Allatius* in Catalogo *συμμικτων*, Lib. VII. v. *Fabric.* Bibl. Graec. XIV. p. 14. — *v.* 1. *πανυηλικες* volebat *Dorvill.* l. c. *πανηλικες* Cod. Lips. — *Αντιγενιδεω Reisk.* edidit; *Αρτιγενειδεω Dorvill.* contra Cod. fidem, teste *Brunckio*, V. S. — *v.* 2. *ταὶ*

Mou-

Commentarius.

C. I. Describuntur *Melo* et *Satyre* satis apte, qua aetate fuerint, nempe *τανυηλικες*, cuius filiae, et cuius artis. Vox *τανυηλιξ* rarior et notanda. Habent autem Graeci plura eiusmodi compositionis vocabula, vt: *τανυμηκης*, *τανυηκης*, alia. *Αντιγενειδεω.* Antigenides hic *Θηβαιος* fuit *αυλητης*, *Salmasio* teste. *v.* 2. *Μουσεων εργατιδες*, et quae

voce,

Μηλὼ μὲν Μούσαις Πιμπληΐσι τοὺς ταχυχειλεῖς
αὐλοὺς, καὶ ταύτην πύξινον αὐλοδόκην·
ἡ φίλερως Σατύρη δὲ τὸν ἕσπερον οἰνοποτήρων
σύγκωμον, κηρῷ τευξαμένη, δόνακα,
ἡδὺν

Varietas lectionis.

Μουσεων *Reisk.* et *Dorvill.* recte! pro: αἱ M. et sic rescripsimus, probante *Brunckio*, qui e Cod. notauit: παῖδές, θ' αἱ. — v. 3. ταχυχειλεις, Cod. Lips. lectionem *Reisk.* mutauit in παχυχειλεις, quod minime placere potest. —

Commentarius.

voce, et quae fidibus canebant. v. 3. Μηλω μεν, proprie: των ἡ μεν, Μηλω. — Πιμπληϊσι, ornat h. l. tantum. Πιμπλη autem, s. Πιπλη, erat Boeotiae, siue, ut *Strabonem* sequar, Macedoniae fons in Monte Piero, Musis sacer. v. Interprett. ad *Horat.* I, 26. — τους ταχυχειλεις αυλους, sc. ανεθηκε, dedicauit tibias, *quibus os celeriter et vario modo admouetur.* — v. 4. πυξινον αυλοδοκην, de buxo fiebant et tibiae, et earum capsulae. *Ovid.* Metam. XII, 158.

Non illos citharae, non illos carmina vocum,
Longaue multifori delectat tibia buxi.

v. 5. 6. δονακα, Satyre dedicat, syringa; hunc δονακα personam quasi fingit poeta nimis copiosus, eumque nominat ἑσπερον συγκωμον, vespertinum concomissatorem, quia Satyre hoc adiuta vespertino tempore comissatum iuerat et cantauerat. Οινοποτηρες autem sunt comissatores.

ἡδὺν συριϰτῆρα, σὺν ᾧ πανεπόρφνιος ἠῶ
ἠύγασεν, αὐλείοις ἐγϰροτέουσα θύραις.

Varietas lectionis.

v. 7. συριστηρα *Reisk.* — *v.* 8. εγϰροτεουσα, *Reisk.* ου ϰοτεουσα Cod. Lipf.

Commentarius.

v. 7. 8. Vide, quam nimius eſt poeta in adpoſitis! quem δοναϰα enim iam ſatis inſigniuerat, hunc alio praeterea epitheto ſ. adpoſito ornare ſtudet: ηδυν συριϰτηρα. — συν ῳ πανεπορφνιος ηω ηυγασεν; ſenſus: *cum quo δοναϰι per totam noctem ad Aurorae ortum comiſſata circuibat et cantabat.* Πανεπορφνιος, rarior vox; interpretor: nocturnam, quae per totam noctem aliquid agit. ηω ηυγ. Auroram adſpiciebat, i. e. manebat, dum Aurora in coelo ſplendeſceret. — αυλειαις θυραις, ſunt veſtibuli extremae et ad viam ſitae portae, vbi ſaepius comiſſatores et amatores puellis ſupplicabant, qui

Ad non amicos heu ſibi poſtes, et heu
Limina dura, quibus lumbos et infrangunt latus

excubare conſueuerunt. *Hor.* Epod. XI. 21. *Paulus Silent.* 19. T. III. Anal. p. 80.

Χθιζα μοι Ἑρμωνασσα φιλαϰρητους μετα ϰωμους
στεμμασιν αυλειας αμφιπλεϰοντα θυρας
εϰ ϰυλιϰων επεχευεν ὑδωρ· —

Theocrit. in Paedico, v. 40.

Τοϰα δ᾽ ουδε ϰαλευντος επ᾽ αυλειαις θυραις
προσμολοιμι ϰε, παυσαμενος χαλεπω ποθω.

εγϰροτεουσα autem Satyre dicitur αυλειαις θυραις, dum in his portis ſyringa inſtaret.

II.

Atthis e puerperio zonam et tunicam, virginales vestes, Dianae dedicat.

Εὐθύσανον ζώνην τοι ὁμοῦ καὶ τένδε κύπασσιν
'Ατθὶς παρθενίων θῆκεν ὕπερθε θυρῶν,

ἐκ

Varietas lectionis.

C. II. Extat h. c. in Anthol. *Ceph.* p. 22. c. 457. Prius dist. *Suid.* adducit, voc. Κυπασσις, vbi *Kust.* male de Minerua explicauit. — *v.* 1. ευθυσανον Cod. Lipf. — *v.* 3. pro Λητῳα, Λητοι Cod. Lipf.

Commentarius.

C. II. Ευθυσανον ζωνην, bene fimbriatam zonam. Fimbriis gaudebant veteres. Nota eft ex *Homero* aegis Mineruae

της ἑκατον θυσανοι παγχρυσεοι ηερεθοντο.

Vox ευθυσανος rarior eft. Κυπασσις, veftis ποδηρης. *Pollux:* σμικρος χιτωνισκος αχρι μεσου μηρου. Erat autem picta et varii coloris, quam delicatiores, cum viri, tum mulieres, geftabant: caeterum mollis, forte ferica. Inde ἁβρος κυπασσις, *Diotimus* in epigr. III. T. I. p. 250.

Χαιρε μοι, ἁβρε κυπασσι, τον Ομφαλη, ἡ ποτε Λυδη
λυσαμενη, Φιλοτητ' ηλθεν ες Ἡρακλεους.

Vid. omnino *Toup.* Emendd. in *Suid.* p. 247. *Salmaf.* de Pallio, p. 262. ed. Parif. *v.* 2. παρθενιων ὑπερθε θυρων in templo Dianae, Deae virginis. —

ἐκ τόκου, ὦ Λητῷα, βαρυνομένης ὅτι νηδὺν
ζωὸν ἀπ' ὠδίνων λύσαο τῆσδε βρέφος.

III.

AMBROSIA *vittam et peplum, cum peperiſſet, Ilithyiae dedicat.*

Ἐκ τόκου, Εἰλήθυια, πικρὰν ὠδῖνα φυγοῦσα
'Αμβροσίη, κλεινῶν θήκατό σοι πρὸ ποδῶν
δέσμα κόμας καὶ πέπλον, ἐν ᾧ δεκάτῳ ἐπὶ μηνὶ
δισσὸν ἀπὸ ζώνης κῦμ' ἐλόχευσε τέκνων.

 IV.

Varietas lectionis.

C. III. Edidit h. c. *Reisk.* Anthol. *Ceph.* p. 21. c. 455. leui varietate, dum pro Ειληθυια, legit Ειλειθυια.

Commentarius.

Verba *v.* 3. 4. ita ordino: ω Λατωα, ότι λυσαο ζωον βρεφος, απ' ωδινων τησδε (κατα) νηδυν βαρυνομενης.

C. III. προ ποδων θηκατο. Reuerentiae ſignum, aliquid ante pedes alicuius deponere. Propriam tibi dicabo. *Sappho* II. T. I. p. 55. paulo alio ſenſu:

φωναν ακαματαν κατθεμενα προ ποδων.

v. 3. 4. απο ζωνης ελοχευσε, parturiit. Comparandum cum phraſi Euripidea φερειν υπο ζωνης, vterum ferre. — δισσον κυμα τεκνων, duplicem foetum,

IV.

LEONTICHVS *faber, cessaturus ab opere, varia artis suae instrumenta Mineruae dedicat.*

Τέκτονος ἄρμενα ταῦτα Λεοντίχου, αἵ τε χαρακταὶ
ῥῖναι, καὶ κάλων οἱ ταχινοὶ τορέες,
στάθμαι

Varietas lectionis.

C. IV. Extat h. c. in Anthol. *Ceph.* p. 23. c. 459. et in *Kust.* not. ad *Suid.* voc. Αμφιξουν, ex Anthol. ined. — *v.* 2. μολιβῳ βορεες *Reisk.* In Cod. Lipf. scriptum erat καλων οἱ ταχινοι, cum asterisco: ad marg. βορει. *Kust.* dedit

Commentarius.

foetum, gemellos. Κυμα pro κυημα, quod vtero fertur, i. e. partus. *Apollon. Rhod.* IV. 1492.

— — — θεου βαρυ κυμα Φερουσαν.

Inde ακυμων *sterilis;* εγκυμων *grauida;* alia.

C. IV. Eiusdem argumenti c. est *Philippi* XV. T. II. p. 215. Quod, quia ad intelligendum nostrum facit, huc transtulimus:

Σταθμην ιθυτενη μολιβαχθεα, δουριτυπη τε
σφυραν, και γυρας-αμφιδετους αριδας,
και στιβαρον πελεκυν στελεχητομον, ιθυδρομον τε
πριονα, μιλτειω βαμματι πειθομενον,
τρυπανα θ' ἑλκεσιχειρα, τερετρα τε, μιλτοφυρη τε
σχοινον, ὑπ' ακρονυχῳ ψαλλομενην κανονι,
σοι, Κουρη γλαυκωπι, Λεοντιχος ωπασε δωρον
ανθος επει γυιων παν απελυσε χρονος.

In h. c. Κουρη, maiori charactere: et v. 4. βαμματι, pro σταγματι. v. 8. απελυσε, pro απεδυσε, expressi-

σταθμαὶ καὶ μιλτεῖα, καὶ αἱ σχεδὸν ἀμφι-
πλῆγες
σφῦραι, καὶ μίλτῳ φυρόμενοι κανόνες,

A 5 αἱ

Varietas lectionis.

dedit βορεῖ. Noſtram lectionem debemus inprimis *Brunckio*, qui ad h. l. notauit: „Nemini ſuſpicionem mouere „debet aliquid in h. c. fuiſſe interpolatum repetitio vocis „τορεῖς. Huius enim inſtrumenti multae ſunt et diuerſae „ſpecies.“

Commentarius.

preſſimus. — Noſtri carminis difficultas inprimis ſita eſt in variis nominibus inſtrumentorum artis fabrilis, quae *Leonidas* recenſet, et quibus doctrinam intempeſtiue probare voluiſſe videtur. — ῥιναι, *Kuſt.* vertit *ſerrae.* Sunt autem *limae*, quae ornate deſcribuntur: χαρακται, i. e. quae abradunt. Hinc corrigebat *Schneider.* V. D. in Peric. Crit. Anthol. *Ceph.* pag. 19. locum *Nicandri* Alexiph. v. 308. vbi pro κνηστηρι χαρακτρω legendum cenſebat κν. χαρακτω. Caeterum ῥινην paulo iniuſtius protrudebat *Brunck.* in c. αδεσπ. CCXXXII. corrigens: ου ῥυκανη πεπονημενος. Reuoco, ſi poſt *Brunckium* fas eſt mouere aliquid, ου ῥινη πετον. Noſter enim locus teſtis eſt, ῥινης et in ligneis operibus vſum fuiſſe. — καλων ταχινοι τορεες ſunt *lignorum celeres tomi, une tarriere de charpentier, de fontainier; Groſse Bohrer, womit die Roehren ausgebohrt werden.* v. 3. σταθμαι ſunt *amuſſes, die Richtwagen.* Vid. *Philipp.* c. v. 1. μιλτεια, μιλτειον credo idem eſſe, quod μιλτος, *rubrica* ipſa, *Roethelſtift, Rothſtein.* Nuſquam mihi obuia fuit haec vox. — αμφιπληγες σφυραι, mallei, quibus vtrinque feriri poteſt, quibus etiam noſtri fabri lignarii vtuntur. — *v.* 4. μιλτῳ φυρο-

μενοι

ἄ τ' ἀρίδες, ξυστήρ τε, καὶ ἐστελεωμένος οὗτος
ἐμβριθὴς, τέχνας ὁ πρύτανις, πέλεκυς,
τρύπα-

Varietas lectionis.

v. 5. Priora h. v. verba adducit *Suid.* voc. Αρις. pro εστελεωμενος, ευ τελεωμενος, Cod. Lipſ. *v.* 7. h. v. *Suid.* in voc. Τρυπανα, vbi perperam ſcriptum ωκυεντα, vt quoque in margine Cod. Lipſ. et in voc. Ευδινητος recte ωκηεντα. Sic *Damagetas* II. T. II. pag. 38. ωκηεντας οϊστους dixit, vbi perperam *Toup.* Cur. Nouiſſ. volebat αλκηεντας.

Commentarius.

μενοι κανονες; κανων eſt *regula*, ſ. *funiculus*, ad quem lineae ducebantur; hi κανονες rubrica tincti, qui ſummis digitis adducti et remiſſi lineam in ligno efficiebant. cf. *Philippi* v. 5. et 6. Vid. quoque *Salmaſ.* in Plinianis T. II. pag. 644. et 813. *Toup.* Emendd. in *Suid.* T. II. pag. 268. ed. Lipſ. Aliud eſt κανων apud *Paulum Silent.* L. I. T. III. p. 87. ἡγεμων γραμμης απλανεος κανων, credo, i. q. nos dicimus: *ein Lineal.* — *v.* 5. 6. ἄ τ' αριδες — αρις eſt ſecundum *Suid.* inter εργαλεια τεκτονικα. Quale vero, dicere non auſim. *Portus* vertit: *ſcobinam*, *limam*. *Reisk. dolabella*, *planula.* — ξυστηρ, quodcunque inſtrumentum, quo quid raditur et laeuigatur: ideo ſcalprum, *ein Meiſſel*, vel etiam *ein Hobel.* — πελεκυς εστελεωμενος, ſecuris manubriata. εστελεωμενος, a στελεον manubrium, venit verbum στελεοω, manubrio orno, armo. πελεκυς autem bene appellatur πρυτανις τεχνης, cum eius primariae partes ſint in fabricando.

τρύπανά τ' εὐδίνητα, καὶ ὠκήεντα τέρετρα
καὶ γόμφων οὗτοι τοὶ πίσυρες τορέες,
ἀμφίξουν τε σκέπαρνον· ἃ δὴ χαριέργῳ Ἀθάνᾳ
ὡ 'νὴρ ἐκ τέχνας θήκατο παυόμενος.

V. CAL.

Varietas lectionis.

v. 9. 10. Haec *Suid.* voc. Χαριεργος ita habet:

— — — ἁ δη χαριεργα
Παλλαδι εκ τεχνης θηκατο παυομενος.

In Anthol. in ed. erat: χαριεργῳ Αθ. *Kustero* teste. — pro θηκατο *Reisk.* dedit ανθετο. — ὡ 'νηρ, *Brunckio* iubente rescripsi pro ανηρ.

Commentarius.

v. 7. h. v. adducit *Salmas.* in Exercitatt. Plin. T. II. pag. 774. qui monet, τρυπανα esse *perforacula* (a τρυπᾳν, perforare) s. vt barbare in glossis vocantur, *furfuracula.* τερετρα esse terebras, idem *Salmas.* affirmat. Vtrumque instrumentum est e terebrarum genere. ωκηεντα vertit *Reiskius*, *peruasores*, existimans, esse i. q. διωκοντα et διοιχνουντα, quae sese trudendo et adigendo vlterius atque vlterius insinuant eo, vt tandem peruadant; ωκειν autem esse i. q. διοιχνειν. — γομφων τορεες, *Brunck.* explicat per gallicum: *une vrille.* Nobis forte est: *ein Zwickbohrer, Nagelbohrer.* *v.* 9. αμφιξουν τε σκεπαρνον, *Suid.* το καλως ξεον. Portus vertit: *et ab vtraque parte aciem ad dolandum habens ascia.* — *v.* 10. χαριεργος Minerua dicta, quia ipsi opera *Leontichi* grata fuerant, quae gaudebat operibus *Leontichi*, indeque ipsi clemens et mitis erat. Sic vt Dea, lanificio gaudens, φιλεριθος dicta; *Philipp.* c. XVIII. T. II. p. 217.

V.

CALLICLEA, *amoribus ſatis feliciter vſa, dedicat Veneri varia veſtitus et cultus ornamenta.*

Τὸν ἀργυρεοῦν Ἔρωτα, καὶ περίσφυρον
πέζαν, τὸ πορφυρεοῦν τε Λεσβίδος κόμης
ἕλιγμα, καὶ μηλοῦχον ὑαλόχροα,

τὸ

Varietas lectionis.

C. V. H. c. editum in Anthol. *Ceph.* p. 26. c. 464. In *Maii* Biblioth. Vffenbach. p. 583. et a *Toupio* emendatum et docte explicatum in Emendd. in *Suid.* p. 243. — *v.* 2. *πορφυρευν Reisk.* *v.* 3. *μελουχον Reisk.* et *Maius.* — ὑλαοχροα Cod. Lipſ.

Commentarius.

C. V. v. 1. *αργυρεον* Ερωτα, imagunculam Amoris argenteam, quam geſtare ſolebant delicatiores. — *v.* 2. Λεσβις *κομη* eſt adſcitius crinis, *eine Haartour*, qui mulieribus Leſbiis in vſu erat. Apud *Lucianum* Dial. Meretr. T. III. p. 290. dicitur *πηνηκη*. Cf. ibid. p. 314. Dicitur autem Λεσβις et Λεσβιας in feminino, vt Ελικωνις et Ἑλικωνιας, v. Miſc. Belg. Nou. T. VIII. p. 932. — *v.* 3. *μηλουχος* ſtrophium puellarum mammis coercendis vſitatum, gemmiſque ornatum; hinc *ὑαλοχρους*, v. interpp. ad Catull. XXIII, 65. Μηλουχος autem eiuſdem formae vocabulum, ut *κυνουχος*, *δερουχος*, alia. Μηλα ſunt mammae. *Suid.* Μηλα· *και οἱ μασθοι.* *Paulus Silent.* T. III. p. 73. c. 8.

— — — *ἱμειρω δ' αμφις εχειν παλαμαις*

Μαλλον

τὸ χάλκεόν τ' ἔσοπτρον, ἠδὲ τὸν πλατὺν
τριχῶν

Varietas lectionis.

v. 4. τὸν χαλκεον Cod. Lipſ. — και τον πλατυν — κτε-
να, haec verba extant apud *Suid.* voc. Κτενα.

Commentarius.

Μαλλον εγω σεο μηλα καρηβαρεοντα κορυμβοις
η μασθον νεαρης ορθιον ἡλικιης. —

Haec docte, vt ſolet, *Toupius.* Equidem praeterea addam loca quaedam. Itaque ſic luſit *Paulus* idem c. XIV. T. III. p. 75.

Ομμα πολυπτοιητον ὑποκλεπτουσα τεκουσης,
συζυγιην μηλων δωκεν εμοι ῥοδεων
θηλυτερη χαριεσσα. μαγον τινα πυρσον ερωτων
λαθριδιως μηλοις μιξεν ερευθομενοις.
ειμι γαρ ὁ τλημων Φλογι συμπλοκος· αντι δε
μαζων,
ω ποποι, απρηκτοις μηλα Φερω παλαμαις.

Hinc intelligendum, quid eiuſdem *Pauli* c. 15. ſignificent συμβολα μαζων. *Ariſtophan.* Lyſiſtr. v. 155. ed. *Brunck.*

ὁ γων Μενελαος τας Ἑλενας τα μαλα πα
γυμνας παρεσιδων, εξεβαλ', οιω, το ξιΦος.

Idem Eccleſ. v. 905.

το τρυΦερον γαρ εμπεΦυκε
τοισιν ἁπαλοις μηριοισι
καπι τοις μηλοις επανθει.

Add. *Ariſtaenet.* Ep. II, 7. Fragment. *Ariſtoph.* XXVII. T. III. p. 280. ed. *Brunck.* *Theocr.* Id. XXVII, 49. vbi *Warton.* exempla alia profert. Huc pertinent quoque elegantiſſimi verſus *Hieron. Amalthei*, quos in gratiam lectoris h. l. exhibebo.

Fert

τριχῶν σαγήνευτῆρα, πύξινον κτένα,
ὧν ἤθελεν τυχοῦσα, Κτησία Κύπρι,
ἐν σαῖς τίθησι Καλλίκλεια παστάσι.

VI. EVAL-

Varietas lectionis.

v. 6. ηθελον Cod. Lipf. — pro Κτησια *Reisk.* dedit γνησια, in verfione vero expreffit Γνωσσια. *Maius:* Γνιδια. Vid. Comment. v. 7. Καλλικρεια C. L. et *Maius.* Hinc *Reisk.* fecit: Καλλικρατεια.

Commentarius.

Fert nitido duo poma finu formofa Lycoris,
Illa eadem nitido fert duo fraga finu.
Sunt mammae duo poma: duo funt fraga papillae;
Poma niues vincunt, fraga colore rofas.

Res ipfa nota, ftrophio puellas mammas coercuiffe. Hinc Timaeffa ϑηκατο

Ζωμα τοι, ω Λατοι, και ανϑεμοεντα κυπασσιν
και μιτραν μαστοις σφιγκτα περιπλομεναν.

Vid. Analect. T. III. p. 173. c. 114. — *Catull.* in Epithal. Pel. et Thet. v. 65.

Non tereti ftrophio luctantes vincta papillas.

v. 5. τριχων σαγηνευτηρ dictus κτεις, more *Leonidae*, qui talia amat et captat. *v.* 6. Κτησια Κυπρι, a Calliclea, quae ὧν ηϑελεν τυχουσα, i. e. fibi opes parauerat amoribus, Venus Κτησια dicta, vt Ζευς Κτησιος, ἁτε δοτηρ πλουτου και κτησεως, *der Geber aller guten Gaben;* et Ἑρμης Κτησιος, q. d. κερδωος. — Καλλικλεια eadem forma, vt Ευκλεια, Θεοκλεια, Ἱεροκλεια, vt *Toup.* notauit.

VI.

EVALCES aprum, in greges saeuientem, occidit et e pinu suspendit.

Τὸν μόνιον καὶ ἔπαυλα βοῶν καὶ βώτορας ἄνδρας
σινόμενον, κλαγγάν τ' οὐχὶ τρέσαντα κυνῶν,
Εὐάλκης ὁ Κρὴς ἐπινύκτια μῆλα νομεύων
πέφνε, καὶ ἐκ ταύτης ἐκρέμασε πίτυος.

VII. A

Varietas lectionis.

C. VI. Editum in Anth. *Ceph.* p. 49. c. 509. In not. *Kust.* ad *Suid.* voc. Βωτορες, e Cod. MS. Anthol. ined. vbi *Leonidae* tribuitur. *v.* 1. ταν νομιην Cod. Lips. τον νομιην *Kust.* et *Reisk.* et sic quoque in *Suid.* scriptum. Verum est μονιον. vid. Comment. *v.* 2. pro ουχι, *Reisk.* ουτι. *v.* 4. εκρεμασεν *Kust.* et *Reisk.* perperam ν additum.

Commentarius.

C. VI. τον μονιον i. e. aprum. *Suid.* Μονιος· αγριος ὗς μεμονωμενος. *Hesych.* μονιὸς· ὗς αγριος, ὁ μη τοις αλλοις συναγελαζομενός. Et sic in *Aesopi* Fabula 54. 1. Μονιος αγριος, επι τινος ἑστως δενδρου, τους οδοντας εθηγεν. — Quomodo tamen de apro recte narrari possit, eum greges laedere vel laesisse, hoc viderit *Leonidas.* Primum, cum h. c. legerem, videbatur mihi deprauatio subesse; a qua sententia nunc quoque nondum plane recessi. Certe rei accommodatius apud *Paulum Silent.* c. 44. *Zenophilus* interficit aprum, vites, arbores etc. laedentem. — *v.* 3. επινυκτια μηλα νομευων, i. e. ὑπο την νυκτα νομευων μηλα. —

VII.

A RHEA *petitur, vt Dea Ariſtodicen, paruulam Silenes filiam, ad maturitatem educere velit, nimirum cum ea iam pluries ad Deae aras pia adfuiſſet.*

Ἀνδυμῆ καὶ Φρυγίης πυρικαίεος ἀμφιπολεῦσα
πρῶνας, τὴν μικρὴν, Μῆτερ, Ἀριστοδίκην,
κούρην Σειλήνης, παμπότνια, κεὶς ὑμέναιον,
κεὶς γάμον ἀβρύναις, πείρατα κουροσύνας,
ἀνθ'

Varietas lectionis.

C. VII. v. 1. Edidit h. c. *Reisk.* in Anth. *Ceph.* p. 44. c. 499. — *περικαεος* dedit *Reisk.* cuius nota ad h. l. haec eſt: „ambuſtae interpretor, quia ſolum Phrygiae eſt quaſi exuſtum. Vid. *Strabon.* p. 932. ed. Almel. ibique *Caſaub.* Ipſa Phrygia autem eſt a *Φρυγειν*, a torrendo dicta, et medio aeuo Caumene, i. e. *κεκαυμενη* vocata.“ Haec ille. Nos cum *Brunckio* tuemur *πυρικαιεος*, ſimpl. torridae.

Commentarius.

C. VII. Rhea eſt αμφιπολευσα Δινδ. και Φρυγιης πρωνας. — αμφιπολευσα, eodem ſenſu, vt apud *Homer.* de Apolline: ὁς Χρυσην αμφιβεβηκας. — πυρικαιεος vid. Var. lect. — v. 3. 4. ὑμεναιος et γαμος diuerſi quidem, at h. l. ornate, pro: nuptiae. πειρατα κουροσυνας, explicatio του γαμου. —

ἀνθ' ὧν σοι καὶ πολλὰ προνήϊα, καὶ παρὰ βωμὸν
παρθενικὴν ἐτίναξ' ἔνθα καὶ ἔνθα κόμην.

VIII.

Pauperculae LYCOMEDIS *filiae dedicant (Minervae, ut verisimile est,) artis suae textoria instrumenta.*

Αἱ Λυκομήδους παῖδες, Ἀθηνῶ, καὶ Μελίτεια,
καὶ Φιντώ, Γληνίς θ', αἱ φιλεργόταται,
ἔργων

Varietas lectionis.

v. 5. Brunck. e cod. dederat παρα βωμων. Iure tamen damnauit postea hanc lectionem, et monuit παρα βωμον legendum esse, quod recepi. *Reisk.* παρα βωμῳ.

C. VIII. Extat h. c. in Anth. *Ceph.* p. 45. c. 502. — *v.* 1. Λυκομηδης Cod. Lips. — Αθηνω. Nisi Codd. addicerent

Commentarius.

v. 5. Solemnis veteribus idea: Dii; quoniam vos coluimus, vestrum est, nos inuicem adiuuare. πολλα sumo aduerbial. *pluries.* προνηϊα suppl. e sqq. παρα. — *v.* 6. ετιναξ' ενθα και ενθα κομην, more sacerdotum Cybeles, qui furore perciti quatiebant comas, te coluit.

C. VIII. Comparanda cum h. c. plura in Anal. e. g. *Archiae* XI. T. II. p. 94. *Philippi* XVIII. T. II. p. 216. *Nicarchi* X. ibid. p. 351. *Antipatri Sidon.* IX. ib. pag. 8. XXII. et XXVI. p. 11. 12.

ἔργων ἐκ δεκάτας ποτιθύμια τόν τε πρόσ-
ἐργον

ἄτρακτον, καὶ τὰν ἄτρια κρινομέναν
κερκίδα,

Varietas lectionis.

cerent omnes, legerem pro nomine Αθηνω, Αθανᾳ, vt Mineruae mentio fiat, quae in omnibus, in Commentario laudatis ſimilibus carminibus, obuia eſt, et in noſtro non occurrit. Poſſit verſus ita conſtitui:

Αἱ Λυκομηδους παιδες Αθηναιῃ, Μελιτεια.

Haberet ſic etiam v. 7. *το τῇδε*, ad quod referatur: *huic igitur Deae μοιραν απαρχομεθα.* — *v. 3. εργων εκ δεκατας ποτιθυμια. Reiskius* cum haec non intelligeret, ſuadebat legendum: *εργων Εργανᾳ* (Mineruae) *ποτιθ.* et multa in hanc rem attulit. Equidem locum ſanum credo, et nihil notandum. — *προς εργον* Cod. Lipſ. pro *προσεργον*, quod *Suid.* tuetur in voc. *Ητρια*, vbi h. v. adducit.

Commentarius.

12. *αδεσποτ.* CXVI. T. III. p. 173. Placuiſſe ſibi videntur poetae Anthologiae in his artificioſe pangendis. *v. 3. εργων εκ δεκατας* — haec ita intelligo: *decimis operum noſtrorum rite dedicatis, dedicamus quoque ποτιθυμια illa, cara nobis artis noſtrae inſtrumenta*, nempe, *τον τε προσεργον ατρακτον* etc. Sed, dum haec ſcribo, vereor fere, vt haec interpretatio recta et probabilis ſit; quamuis aliam non inuenio. *v. 4. ταν ατρια κριναμεναν κερκιδα*, radium textorium, diſcriminatorem ſtaminum poeta vocat, quod inter extenta ſtaminis fila tranſcurrit, meatque et remeat, et tramam interſerit. *των ἱστων μολπατιδα* radium deſcribit, ob ſtridulum illum ſonum, quem edit, dum inter ſtaminis fila traiicitur. Laudatur eadem de cauſa vt *Φιλαοιδος, Antip. Sid.* IX.

Κερκιδα την Φιλαοιδον Αθηναιῃ θετο Βιττω

vt

κερκίδα, τὰν ἱστῶν μολπάτιδα, καὶ τὰ τρο-
χαῖα
πανία, κέργαστὰς τούσδε περιῤῥαγέας,

Varietas lectionis.

v. 5. Pro μολπατιδα *Reiskius* μολπηΐδα e Cod. Lipſ. *v.* 6. In h. v. valde ſe torquent Critici et interpretes. In Cod. Vat. et Lipſ. eſt κεργαστας. *Reisk.* dedit και ῥισκους, addita coniectura καρταλλους. *Suid.* in voc. Πηνιον haec ita adducit:

— και

Commentarius.

vt αηδων, ibidem c. XXII.

Κερκιδα δ' ευποιητον, αηδονα την εν εριθοις.

vt αλκυων, ibid. c. XXVI.

Κερκιδα, ταν ορθρινα, χελιδονιδων αμα φωνᾳ,
μελπομεναν, ἱστων Παλλαδος αλκυονα.

Hinc *Philippus* l. ſupra laud. cecinit:

Κερκιδας ορθρολαλοισι χελιδοσιν εικελοφωνους.

Ariſtoph. Ran. v. 1316.

Κερκιδος αοιδου μελετας.

Ad quem locum *Brunck.* adducit illud Virgilianum:

Arguto tenues percurrens pectine lanas.

At puto pectinem aliud eſſe lanificii inſtrumentum, quam κερκις. Illum *Philippus* poſt κερκιδας nominat l. c.

Και κτενα κοσμοκομην — —

v. 6. πανια, lanae glomi, *Garnſpuhlen. Salmaſ.* ad Script. Hiſt. Aug. T. I. p. 548. et in *Plin.* T. II. p. 629. per *fuſum* exponit.

καὶ σπάθας ἐμβριθεῖς, πολυέργους, τῇδε πενιχρᾷ
ἐξ ὀλίγων ὀλίγην μοῖραν ἀπαρχόμεθα.

IX.

Varietas lectionis.

— — — καὶ τα τροχαια
πανια, κερταστους τουσδε περιρογεους·
καὶ σπαθας εμβριθεις, πολυαργυρα.

Portus legi voluit: καὶ ταρσους, et vertit: *radios textorios*, quia quandam alarum expansarum similitudinem habeant. *Salmasius* emendabat lectionem Cod. Vat. et nostrum suadebat κεργαστας, apposita nota: εργαστῃ videntur esse instrumenta textoria. Quam *Salmasii* notam cum attulisset *Brunckius*, Vir κριτικωτατος, haec addit: „*At mihi plane sunt incognita, tum quoad nomen, tum quoad vsum. Locus est manifesto corruptus, quod ex comparatione similium dedicationum apparet. Vbicunque textrices instrumenta suae artis deo alicui appendunt, quasilli fit mentio, qui hic omissus.* Antip. *Sidon.* καὶ τονδε Φιληλακατον καλαθισκον. *Archias:* ἁ τριτατα δ' ειροχαρη ταλαρον. et alibi (c. XXII.) Δημω μεν ταλαρισκον εὔπλοκον. *Philippus:* καὶ ταλαρον σχοινοισιν ὑφασμενον. *Nicarchus:* Κυπριδι τον καλαθον τε. *In omnibus bisce carminibus animaduertes etiam, epitheta materiam, formam et vsum instrumentorum significare, nullibi autem detrimenti mentionem fieri, quod tempus affert aut quotidianus vsus. Hunc itaque versum sic refingendum censeo:*

Πανια, καὶ καλαθους τουσδε λυγοπλεκεας."

Haec digna sane Viro Doctissimo; videtur tamen mihi ea lectio nimis recedere a ductibus primis literarum; quamuis non succurrat huius loci lenior medela. Fracta autem et usu et tempore attrita instrumenta, nisi in huiusmodi dedicationibus, in aliis tamen occurrunt. Constituerem igitur versum ita:

πανια, καὶ ταλαρους τουσδε περιραγεας.

v. 7. ευβριθεις Cod. Lips. — pro πολυεργους, τῃδε π. πολυ-

Commentarius.

v. 7. σπαθην esse credo, quod nos dicimus: *ein Weberblatt;* quo textor telam arctat et densat. Inde

IX.

PHILOMEDIS *et* NICVS *filiae dedicant Mineruae textoria instrumenta.*

Αὐτονόμα, Μελίτεια, Βοΐσκιον, αἱ Φιλομήδεω
καὶ Νικοῦς Κρῆσσαι τρεῖς, ξένε, θυγατέρες·
ἁ μὲν τὸν μιτόεργον ἀειδίνητον ἄτρακτον,
ἁ δὲ τὸν ὀρφνίταν εἰροκόμον τάλαρον,

Varietas lectionis.

πολυαργυρα γ'. ὡς δε. *Reisk.* ολιγαργυρα γ'. ὡς δε — *Suid.* πολυαργυρα.

C. IX. Ediderunt h. e. *Maius* in Biblioth. Vffenb. pag. 579. vbi vltimum dist. deest. *Pierson* ad *Herodian.* p. 464. *Reisk.* in Anthol. *Ceph.* p. 46. c. 503. — *Toup.* Emendatt. in *Suid.* p. 417. — *v.* 1. Pro Φιλομηδεω, Cod. Lips. Φιλολανθεω. *Reisk.* Φιλολυνθέω. *Maius:* Φιλολανδεω. —

Commentarius.

Inde hoc loco εμβριθεις additum et πολυεργους. — τηδε, suppleo: θεα, — εξ ολιγων ολιγην μοιραν ἀπαρχομεθα. Sic locutus est *Apollonides* V. T. II, p. 133.

σοι νυν εξ ολιγων ολιγη χαρις· εἰ δε διδοιης
πλειονα, και πολλων, δαιμον, απαρξομεθα.

C. IX. v. 3. μιτοεργον αειδινητον ατρακτον. Noster conquirit anxie et accumulat quaesita epitheta. Sic h. l. — ορφνιταν ταλαρον, in quo lana non amplius inest. —

ἅ δ᾽ ἅμα τὰν πέπλων εὐάτριον ἐργάτιν, ἱστῶν
κερκίδα, τὰν λεχέων Πανελόπας φύλακα,
δῶρον Ἀθαναίᾳ Πιτανάτιδι τῷδ᾽ ἐνὶ ναῷ
θῆκαν, Ἀθαναίας παυσάμεναι καμάτων.

ὤν

Varietas lectionis.

v. 6. Reisk. Πηνελοπας, qui in caeteris quoque dorifmum neglexit. — *v. 7.* Πανατιδι *Maius* et *Reisk.* — pro ενι in Cod. Vffenb. επι, perperam. — *v. 8.* παυομεναι *Mai.* et *Reisk.* —

Commentarius.

v. 5. ευατριον εργατιν, vid. *Cafaub.* ad *Athen.* III. 11. Nobis, *quoad fenfum*, το ευατριον referri videtur ad πεπλων, peplorum pulchre fcienterque factorum et textorum εργατιν. Sic ευατριον ὑφασμα apud *Polluc.* I. 7. explicatur per: το ευυφες και λεπτον. — *v. 7.* Αθαναια Πιτανατιδι, Mineruae, in Pitana cultae. Vid. *Toup.* l. in Var. lect. cit. Vt Diana Λιμνατις, fic Minerua Πιτανατις. Erat autem Pitana haec Laconica, diftinguenda ab illa Aeolidis, de qua vid. *Steph. Byz.* qui ifto loco refpexit ad *Antip. Sid.* c. XCVIII. T. II. p. 34.

Ηδη μεν κροκοεις Πιτανατιδι πιτνατο νυμφη
Κλειναρετα χρυσεων παστος εσω θαλαμων.

Caeterum de Minerua Πιτανατιδι vid. *Spanhem.* ad *Callim.* Hymn. in Dian. v. 172.

η Πιτανης, και γαρ Πιτανη σεθεν, η ενι Λιμναις.

ὧν χέρας αἴ σὺ, Ἀθάνα, ἐπιπλήσαις, ἐς
ὀπίσσω
θείης δ' εὐσιπύους ἐξ ὀλιγησιπύων.

Varietas lectionis.

v. 9. 10. Apud *Suid.* v. a. *Suid.* adductus, voc. Σιπυη, omisso δε. apud *Reisk.* totum dist. deest. Caeterum *Brunck.* ad vlt. dist. haec notauit: „*Hoc. distichon in Cod. sic scriptum erat:*

Χ' ὧν χέρας αἴ σοι Ἀθάνα ἐπιπλήσαιο μὲν ἴσως,
θείης δ' εὐσιπύας ἐξ ὀλιγησιπύων.

Et quidem in apographo Buheriano non vltimum est, sed penultimum hoc distichon, quam traiectionem Salmas. animaduertit, sed spurium esse censuit. Genuinum est et optime a Toupio restitutum."

Commentarius.

v. 9. 10. Sensus: *Quarum manus vtinam adimpleas, Minerua, et de hinc locupletes ex egenis facias.* Dicitur autem *manum plenam habere*, cui, quod satis est, suppetit. αἴ est *vtinam.* Vt *Homer.* Iliad. Δ. 189.

Αι γαρ δη οὑτως ειη, Φιλος ω Μενελαε.

ες οπισσω, *dehinc.* Sic locutus est *Rhianus* Anal. T. I. p. 481. c. 8.

Αλλ', ω Παν σκοπιητα, και εις οπισω Πολυαινον
ευαργου πεμποις υἱεα Σιμυλεω.

Potest quoque huc aduocari illud *Solonis,* I, v. 10. T. I. p. 64. Ζητειν εισοπισω γενεην.

X.

Posocharem, *morosum antea cynicae sectae asseclam, cum* Rhodus, *puer pulcherrimus, ad amorem sui pellexisset, hic attributa Cynici, baculum, peram, etc. tanquam spolia continentiae pristinae, Veneri dedicat.*

Ὁ σκίπων καὶ ταῦτα τὰ βλαύτια, πότνια Κύπρι,
ἄγκειται κυνικοῦ σκῦλα Ποσωχάρεος,
ἔλπη τε ῥυπόεσσα, πολυτρήτοιό τε πήρας
λείψανον, ἀρχαίης πληθόμενον σοφίης·
σοὶ

Varietas lectionis.

C. X. Priores quatuor h. c. versus laudat *Salmas.* ad *Tertull.* Pall. p. 315. Totum carmen extat in Anthol. *Ceph.* p. 56. c. 525. in *Kust.* not. ad *Suid.* voc. Βλαυτη, et in *Schneider.* Peric. Crit. p. 55. — *v.* 1. Pro σκηπων, reposui σκιπων, vid. *Brunck.* ad *Euripid.* Hecub. p. 65. — *v.* 2. αρκειται Cod. Lipſ. — *v.* 3. ῥιποεσσα *Reisk.* —

Commentarius.

C. X. Cum hoc et sq. carmine, quoad sententiam, quam continent, conferas, e pluribus, epigrammata *Meleagri* XXXVI. et XXXVII. Item *Pauli Silent.* XXXII. T. III. p. 81. σκιπων, βλαυτια, ολπη, πηρα, ornamenta Cynicorum. πηρα praeterea notatur, primum per epith. πολυτρητος, deinde, vt dicatur, λείψανον πηρας, omnia ad inuidiam comparandam! — αρχαιης πληθομενον σοφιης, plenum sapientiae priscae, i. e. morosae, austerae, ab amore auersae. *Meleager* l. l. dixit φρυαγμα σοφιης.

Τον

σοὶ δὲ Ῥόδων ὁ καλός, τὸν πάνσοφον ἡνίκα πρέσβυν
ἤγρευσεν, στεπτοῖς θήκατ' ἐπὶ προθύροις.

Varietas lectionis.

v. 5. Pro σόι δε, *Kust.* dedit οἶδε, et v. sq. θηκε τ', pro: θηκατο. — στρεπτοις προθυροις *Reisk.* nempe: εν οἱς πολλοι στρεφονται. At στεπτοις vnice verum; ante Veneris templum, coronis et sertis ornatum.

Commentarius.

Τον θρασυν ειλεν εγω. το δ' επ' οφρυσι κεινο φρυαγμα
Σκηπτροφορου σοφιης ηνιδε ποσσι πατω.

Paulus XXXII. v. 5. 6. Παφιη

Δεξο με καγχαλοωσα, σοφην ὁτι Παλλαδα νικας
Νυν πλεον, η τοπαρος μηλῳ εφ' Ἑσπεριδων.

Propertius I, 1. v. 3.

Tum mihi deiecit constantis lumina fastus,

et v. 6. poeta *consilium* dixit, — *Virgil.* Cop. v. 33. 34.

Candida formosae decerpes ora puellae;
Ah, pereat cui sunt prisca supercilia.

Prisca supercilia nil aliud valent ac h. l. αρχαιη σοφιη. — v. 6. ηγρευσεν. Verba venandi ad amorem saepissime translata, quod quiuis multis exemplis sibi probare poterit. *Propert.* l. l. v. 1.

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis.

XI.

